



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 82. Responsum ad hasce propositiones Mauritio datum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

nubio vectus Lincium Austriæ urbem contendit cum Romanorum Rege collo-  
 cuturus, quem Cæsar eo decreverat, ut Sæcul. XVI.  
A.C. 1552.  
 Electorem ab hostili hac invasione aver-  
 teret, atque ad acceptandas pacis con-  
 ditiones inclinaret; quinimo ipsemet  
 Imperator datis ad Principes literis eos  
 hortabatur, ut hæc dissidia tolli, &  
 novas hæc scintillas, priusquam in  
 apertas erumperent flammæ, extinqui  
 totis viribus adlaborarent. Equidem  
 Mauritius condiciones a Ferdinando  
 propositas excepit, mox tamen alias  
 eidem proposuit, petiitque, ut Land-  
 gravius libertati redderetur, Religionis,  
 ac doctrinæ dissidia componerentur, de  
 Republica rite constituenda ageretur,  
 ac denique proscriptis Nobilibus in gra-  
 tiam receptis pax cum Galliarum Rege  
 hujus foederis socio iniretur.

§. LXXXII.

*Responsum ad hæc propositiones  
 Mauritio datum.*

Eodem tempore, quo Mauritius Ele-  
 ctor hæc condiciones proposuerat, Sleid. l. 6.  
Thu. l. 10.  
n. 3.  
 Ferdinandus præsentibus habebat Maxi-  
 milianum Archiducem Filium suum,  
 Albertum Baviariæ Ducem suum Gene-  
 rum, necnon Caroli V. Legatos. Hi  
 ergo Mauritio ista in responsis dabant:

11072

Sæcul. XVI.  
A. C. 1552.

*non equidem recusat Cæsar, quominus Hassiæ Landgravius libertati reddatur, dummodo ab armis discedatur, quinimo Cæsari præprimis placet, ut proximis Germaniæ conventibus de religione, ac republica constituenda agatur, hoc tamen male accipit Cæsar, quod Regis Galliæ, cum tamen adversus Cæsarem bellum gerat, tanquam amici, ac fœderati mentio injecta sit, nihilominus permittit Cæsar, ut ex illo cognosci possit, quibus conditionibus pacisci velit: ceterum quod ad proscriptos attinet, poterunt ii in gratiam recipi, dummodo legi, quam Cæsar tulerit, obtemperaturos se promittant. Præterea petebat Ferdinandus, ut facta pace Mauritius operam ipsi contra Turcas in Pannonia navaret, & curaret, ne conducti a Sociis milites ad Galliæ Regem dilaberentur. Ad hæc Mauritius respondit: non licet mihi quicquam inconsultis Sociis statuere: his dictis utrinque discessum est, dilata in vigesimam sextam Maii Sessione, qua die Cæsaris æque, ac Fœderatorum Oratores Passavii convenirent, atque huic conventui per se ipsos interessent: ab hoc autem tempore quindecim dierum induciæ inciperent. Attamen de sincera Mauritiæ Electoris mente valde dubitabatur, nec temere suspicari licebat, quod vanis ejusmodi promissis Cæsarem*

farem eo fine distingere intenderit, util-  
 lum nil fraudis suspicantem eo facilius  
 inopina vi obruere posset: interim ut  
 ut res se habuerit, id omnino comper-  
 tum habetur, quod Ferdinando post  
 hoc colloquium vix ad sua reverso, mox  
 Fœderati Alpes petierint, ac Cæsareis  
 copiis Rutæ profligatis Crebergensi arci  
 militem admoverint, eamque captis  
 tribus præfidiariorum millibus occupa-  
 rint, demumque Oenipontum versus  
 castra promoverint.

Sæcul XVI.  
 A.C. 1552.

§. LXXXIII.

*Cæsar Oenipontum confugiens, ibi-  
 demque acriter obsessus.*

Cum autem tum Cæsar in urbe minus  
 munita hæreret, ac nonnisi cen-  
 tum circiter præfidiariis, ac satelliti-  
 bus stipatus esset, hinc securitati suæ  
 prospecturus prompte aliorum secedere  
 consultum ducebat: Ergo media ferme  
 nocte tam præcipiti studio fugam arripit,  
 ut baltheo absque gladio succinctus,  
 cum ob podagræ dolores equum con-  
 scendere haud posset, lectica delatus  
 iter prosequeretur, donec tandem Vil-  
 lacum, quod est oppidum in Carinthia  
 ad Dravum flumen situm, ac Bamber-  
 gensis Episcopi imperio obnoxium, per-  
 Hist. Eccles. Tom. XLI. C c veni-

*Ant. de Vera  
 vie de Charl.  
 V. p. 227.  
 Sleid. 83  
 Thu. l. c.*